Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36520
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Post epulas inoperta uident
Lubricus error æ eruburt
Tegmina sutta parant foliis
Dedecus ut pudor occuleret.
Conscia culpa dm pauitans
Sede pia peul exigitur (expellitur)
Innuba femina que fuerat.
Coniugis excipit impium
Federa tristia iussa pati
Auctor æ ipse doli coluber
Plectitur impbus. Vt mulier
Colla trilinguia calce terat.
Sic coluber muliebre solum
Suspiciatq; uirũ mulier (timeat)
His ducib: uitiosa dehinc
Posteritas ruit in facinus.
Dumq; rudes imitatur auos
Fasq; nefasq; simul glomerans
Impia crimina morte luit.
Ecce uenit noua pgenies
Aethere pditus alter homo (manifestat)
Non luteus uelut ille prius.
Sed ds ipse gerens hominẽ.
Corporeisq; carens uitiis
Fit caro uiuida sermo patris.
Numine quẽ rutilante grauis.
Non thalamo neq; iure thori
Hec genialib' illecebris
Intemerata puella parit.
Hoc odiũ uetus illud erat
Hoc erat aspidis atq; hominis.
Digladiabile discidium (diuisibile) (burflab)

Quod modo cernua femineis (inclinata)
Ypera pteritur pedibus.
Edere namq; dm merita (gignere)
Omnia uirgo uenena domat
Tractibus anguis inexplicitis
Yirus inerme piger reuomit.
Gramine concolor inuiridi
Que feritas modo ñ trepidat.
Territa de grege candidulo
Inpauidas lupus inter oues
Tristis obambulat æ rabidum
Sanguinis immemor os cohibet.
Agnus enim uice mirifica
Ecce leonib: imperitat
Exagitansq; truces aquilas
Per uaga nubila perq; nothos.
Sydere lapsa columba fugat.
Tu michi xpe columba potens
Sanguine pasta cui cedit auis.
Tu niueus p ouile tuum
Agnus biare lupũ phibes.
Sub iuga tygridis ora premens.
Da locuples ds hoc famulis
Ritu pre[regulariter]cantib' ut tenui
Membra cibo recreata leuent
Heu piger immodicis dapibus (i. magnis)
Yiscera tensa grauet stomachus
Haustus amarus abesto peul (abest)
Hec libeat tetigisse manu.
Extriale quid aut uetitum
Gustus æ ipse modũ teneat
Sospitet ut iecur incolume (requiescat)